



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

220

ΓΕΟΡΓΙΟΥ ΓΕΜΙΣΤΟΥ
τῆ καὶ
ΠΛΗΘΩΝΟΣ
ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΙΑ Β

GEORGII GEMISTI
PLETHONIS

DE IIS
QUAE POST PUGNAM
MANTINENSEM APVD GRAECOS
GESTA SVNT

LIBRI II

NVNC PRIMVM SEORSIM EDITI
ET NOTIS ILLVSTRATI

AB
HENRICO GODOFREDO
REICHARDO

*A. M. Scholae Prov. Grimmensis
Collega IV. et Cantore.*

L I P S I A E
APVD CHRIST. GOTTL. HILSCHER
MDCCLXX

1611 D 79 1001 172



OCT 19 1879

DEPARTMENT

OF THE

UNIVERSITY

OF

OXFORD

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DOMINO

HANS GOTTHELF

A GLOBIG

SENATVS SACRI DRESDENSIS

PRAESIDI ETC.

PERILLVSTRI DOMINO
DOMINO
P E T R O
LIBERO BARONI
AB HOHENTHAL
EIVSDEM SENATVS PRAESIDE
VICARIO ETC.

INDVLGENTISSIMI
DOMINI

Non ausus fuissē **ILLV-**
STRISSIMO NOMINI
VESTRO has minutias consecrare,
nisi et gratus meus erga beneficia
VESTRA animus mihi prima qua-

que occasione fuisset demonstrandus,
et omnes homines edocendi, VOS
eos esse, qui in tantis rerum maxi-
marum curis, tamen neque hos ne-
gligatis, qui minutias tradunt, hoc
est, ea, sine quibus maiora disci non
possunt, Graeca et Latina. Quae,
si vsquam, profecto in schola pro-
uinciali Grimmensi, fidelissime ado-
lescentibus instillantur, ad quam me
nuper indefessa VESTRA pro
scholae

ſcholae huius ſalute cura, et inſignis
in me, per alios VOBIS commen-
datum, clementia, vocauerunt. Ita-
que ſerena fronte accipite, precor,
hunc libellum, interpretem eius pie-
tatis, qua VOS ego proſequor, et
votorum ardentium, quae pro VE-
STRA ipſorum, et VESTRO-
RVM ſalute, a qua ſalus bonarum
litterarum in Saxonia pendet, quoti-
die ad Deum Optimum Maximum

facio, et gratiam illam, qua me ad-
huc ornastis, conseruate mihi quam
diutissime,

NOMINVM VESTRORVM
INDVLGENTISSIMORVM

deuoto clienti

Henrico Godofredo Reichardo.



PRAEFATIO.

Quod facere vulgo solent scriptores omnes, editores atque interpretes maxime, vt vniuersum in edendis libris suis consilium lectoribus in fronte statim librorum exponant, et, quid maxime in iis spectarint, indicent, id etiam mihi, Gemisti Plethonis opusculum hoc nunc primum separatim edenti, faciendum esse video, ne forte, non satis exposito consilio meo, iniqua censorum iudicia experiar. Ante decem et plures annos, cum adolescens in lyceo patrio Schleizensi, in Variscis, scriptorum Graecorum et Latinorum notitiam aliquam comparare mihi conarer, memini me inter alia incidere in Herodotum Camerarianum, eique adiunctos hos Gemisti Plethonis libros, de rebus gestis Graecorum post pugnam Mantinensem. Capit animum statim mira facilitas Graeci

PRAEFATIO.

sermonis, et narrationum ipsarum cum varietas insignis, tum etiam iucunditas plane amabilis, ut paullo curiosius inquirerem, exstaretne libelli huius separata aliqua editio, nec ne? Reperiebam, nullam esse. Itaque optabam, ut aliquis vir doctus eam rem susciperet, imo, si forte nemo illum laborem satis dignum se putasset, fieri putabam posse, ut ipse ad eum ingrediendum suo tempore animum adicerem. Sed cum paullo post delatus essem in academiam Lipsiensem, ubi aliis rebus, aliis studiis (ut sit) inuigilandum erat, non abiici quidem penitus illud consilium, sed remissius tamen in prosequendo agere coepi. Interim legebam subinde et relegebam libellum, ut familiarior mihi terendo redderem, expeditiusque, si quid forte ad illustrandum eum reperissem, notare mihi possem. Ante biennium demum, cum aliquid otii, quantum ad hanc rem peragendam necessarium erat, nactus essem, serio de ea cogitare

PRAEFATIO.

tare coepi. Videbam enim, quamuis non deessent libelli Graeci, iuuentutis scholasticae vsibus accommodati, vnde facultatem eius linguae parare sibi possent, qui etiam magno eius commodo manibus eorum adhuc versati essent, tamen *primum* non adeo multos esse, vt de nimia copia querendum sit. Nam si a *Chrestomathia Gesneriana*, ab *Xenophontis* quibusdam *Opusculis Ernestianis et Bachianis*, *Plutarcho de audiendis poetis Krebsiano*, *Palaephato et Aeschine Fischeriano*, et aliis nonnullis, qui sunt in hoc genere praestantissimi, discesseris, nullos fere repereris ad istum vsum idoneos. Hi vero etiam ipsi, quos dixi, breui tempore ab adolescentibus pertractari et absolui possunt. Deinde omnes hi libelli maximam partem sunt argumenti philosophici, certe dogmatici, nec, nisi obiter ab auctoribus insperfas, narrationes continent; historici autem generis, qui perpetuo quodam orationis filo alicuius aetatis res memora-

PRAEFATIO.

morabiles enarraret, nullus adhuc, quantum sciam, in gratiam tironum, editus fuit. Itaque ut partim variandi copiam haberent scholarum magistri, partim exemplum generis scribendi historici non contemnendum extaret pro tironibus, commodissimum, existimabam fore, si hos Gemisti Plethonis Ἑλληνικῶν libros edidissem. Qui quidem scriptor mihi tanto aptior huic esse instituto videbatur, quod, ut ipse titulus fert, pleraque sua e Diodoro Siculo et Plutarcho hausit, immo saepe ad verbum descripsit, quos auctores iuvenes in scholis raro vident, nedum, ut legendorum et accuratius cognoscendorum facultatem nanciscantur. Accedebat ad haec auctoritas S. V. *Ernesti*, patroni ac praeceptoris optimi, iudicis in talibus rebus, si quis alius, idonei, qui non modo me, ut speciminis causa aliquid ex hoc genere litterarum ederem, adhortatus ante fuerat, verum etiam, cum ei meum de Gemisto consilium aperuissem, id maxime probabat.

Itaque

PRAEFATIO.

Itaque accingebar iam ad laborem ipsum, eiusque subsidia magno studio circumspiciebam. Sciebam, a codicibus semper recensendi initium faciendum esse, si quis operae pretium in edendo facere vellet; et quanquam Gemistus erat scriptor recentior, tamen ea res nihil huc videbatur mihi pertinere, propterea, quod hic scriptor, etsi saeculo demum XV, tamen ante repertam artem chalcographicam vixisset. Iam legeram apud Montefalconium, Bibl. Biblioth. in Bibliotheca Monachienfi et Vindobonensi esse *Excerpta Gemisti ex Diodoro Siculo, Plutarcho, et Appiano*, quae haud dubie, ratus, esse illa ipsa ἑλληνικά, petebam ab Ill. Oeffelio, Serenissimo, Bauariae Electori à Consiliis et Bibliothecae Praefecto, ut mihi codicis eius copiam faceret. Quod cum ille pro insigni humanitate sua et in litteras favore, mihi, quantumvis ignoto, benigne concessisset, misissetque codicem, vidi, deceptum me fuisse *Exceptorum Dio-*

PRAEFATIO.

Diodori nomine, et istud volumen, praeter alia minuta Gemisti, totum paene Diodori Librum II, ad verbum descriptum (non XV et XVI, e quibus Ἑλληνικά hausta sunt) continere, adeoque me adiuuare non posse. Ad Vindobonensia autem adyta mihi penetrare non licuit. Itaque destitutus a codicibus, cogebam confugere ad versiones Gemisti latinas. Fabricius Bibliothecae Graecae, Vol. X. p. 741. et Vol. VI. p. 684. duas commemorat, alteram M. *Antonii Antimachi*, editam Basil. 1540. 4to. alteram *Zach. Orthi*, Professoris Gryphiswaldensis, Rostochii, 1575. 8vo. Hanc, Orthianam, quamvis omni diligentia adhibita, videre, nedum conferre, nondum licuit. Illam autem, Antimachianam, cum diu frustra quaesuissem, benevolentissime tandem e bibliotheca Scholae Cygneensis instructissima, mecum communicavit S. R. Wellerus, Antistes Sacrorum in ea vrbe grauissimus. Quam, cum e subscriptione praefationis Antimachi

PRAEFATIO.

timachi cognouissem, quadraginta ad minimum annis ante, quam prodiit, adeoque haud dubie e MSto codice confectam esse, (nam prima opusculi editio Graeca apud Aldum, demum a. 1503. prodiit) credebam me in iis locis, vbi forte haesissem, non parum adiuturam esse. Sed magnopere ea in re mea me fefellit opinio. Nam, etsi iste homo in praefatione valde iactat diligentiam suam, et in Graecis latine reddendis fidem, nec leuem latinitatis scientiam videtur prodere, si solam versionem legas, tamen, si Graeca conferantur, apparent, eum vel ignarissimum Graecae linguae, vel negligentissimum in interpretando fuisse. Nunc enim verba singula et integras periodos omittit, nunc alias intrudit, nunc adeo absurde Graeca reddit, vt vel tironem pudeat reddidisse. Exemplis aliquot iuuat rem illustrare, ne iniuriam bono viro facere velle videar. -- L. I. c. 20. Ταμίσκον αὐτῶν ἔγαπέμπει, h. e. *Tamisum, unum e medio suo, mittunt,*

PRAEFATIO.

mittunt, ita reddidit: Quaestorem unum mittunt. C. 27. matrem Dionysii, Doridem, fecit Doricam, tanquam fuisset e Doria oriunda. C. 29. τὸν νεκρὸν ἀχρὶ πρὸς τὸν τάφον πρῆπέμψεν, i. e. cadauer ad sepulchrum comitatus est, vertit: cadauer usque ad sepulturam praemisit. C. 33. τὴν γυναῖκα, τὴν δ' αὐτὴν ἀδελφὴν, h. e. uxorem, eandemque sororem, reddidit: uxorem cum sorore. C. 41. ὁ δ' ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τὸ λοιπὸν τῆ βίᾳ ταπεινὰ πράττων διατέλει, i. e. cum eo venisset, reliquam vitam humiliter transegit, vertit sic: eo profectus, reliquum vitae humiliter agens interiiit. C. 47. ὁ δὲ πείθει Συρακυσίους πέμψαντας πρεσβείαν δεῖσθαι τῆς μητροπόλεως, ἐπιμεληθῆναι, h. e. persuadet Syracusanis ut missa legatione, rogarent metropolin, velit ipsorum curam habere, interpretatus est sic: persuadet -- ut Corinthum legationem mittant, metropolique indigere affirmant. L. II. c. 16. ἔξειν καλῶς i. e. recte se habiturum esse, vertit: usu venire. C. 17. ἀνέσωσάν τε τὴν

PRAEFATIO.

τὴν πατρίδα, reddidit: *eam recuperauerant.* --

Plura piget adscribere; nam vel ex his factis, opinor, apparebit, tam negligenter factam versionem vicariam codicum esse, ut omnino usum criticum in edendo habere non posset. Nam si vel maxime in aliquo loco dubio interpretes ab editis dissentiat, tamen, cum in aliis locis, non ambiguis, tam turpiter errasse deprehenditur, etiam in illis alteris eum idem fecisse merito suspicaris, adeoque dissensus eius nullius fere momenti est. Sed satis de Antimacho. Dicitur etiam *Saliatus* quidam, Francogallus, Gemisti Plethonis Ἑλληνικά in linguam Franciam vertisse, eaque versionem historiae Herodoti, ab ipso pariter confectae, adiunctam edidisse; *) sed eam nusquam reperire mihi licuit.

Resta-

*) Eius rei auctor est Langletus du Fresnoy in *der Einleitung zur Erlernung der Historie*, II. Th. p. 368. et 374. (ed. Germ. 1752. 8vo.) Qua occasione non possum non indicare insignem huius viri alias doctissimi errorem, quem in ipso illo loco, commisit, ubi Gemisti libros Ἑλληνικῶν commendat. Dicit enim, hos libros legendos esse ad explendam lacunam Diodori Siculi, *cuius libri XIV. et XV. in quibus istius temporis res narravit, deperditi sunt.* Quos tamen libros, constat inter omnes, adhuc super-

**

esse;

PRAEFATIO.

Restabant iam editiones, cum ipsius Gemisti, tum Diodori Siculi, et Plutarchi, (vnde illa sua petiit) quae me in edendo adiuuare possent. Editi autem sunt hi Plethonis libelli *græce* omnino bis, primum apud Aldum Venetiis, 1503. fol. deinde a Camerario, Basiliae, 1540. fol. quae editio repetita est ibidem 1557. fol. ne verbo quidem mutato. Soli quidem nunquam comparuerunt, sed vtrobique ad calcem aliorum scriptorum, tanquam appendicis loco adiecti sunt. Aldus eos cum Xenophontis Ἑλληνικῶν, Herodiani Historiis, et Scholiasta Thucydidis, (sine textu); Camerarius cum Herodoto, vno volumine comprehendit. Vnde etiam factum puto, (quod initio mirabar), vt neuter in praefatione, (Aldus enim
graecam

esse; iisque ipsis magno cum fructu ad emendanda et supplenda Gemisti Ἑλληνικὰ vsus sum. Sed tanta est Gallo-Francorum in rebus historicis negligentia, vt paene nihil, nisi citato teste, ipsis credi tuto possit. Interim interpretis Germanici erat, istum errorem vel corrigere, vel certe in notula quadam de eo admonere. Neutrum vero ille fecit, videturque adeo aequè, ac Langletus, nesciisse, qui libri Diodori Siculi perierint, qui supersint.

PRAEFATIO.

graecam praefixit, Camerarius latinam, qua Herodotum aduersus criminationes Plutarchi defendit) de iis verbum vllum dixerit. Igitur neque illud constat, e quo codice Aldus *ελληνικά* illa petierit. Camera-rium quidem non e codice, sed ex Aldina editione petiisse, adeoque duas illas editio-nes non nisi vnam valere, conspectus ipse, et instituta bis collatio diligentissima, me docuit. Non enim modo vitia typographi-ca Aldinae plurima retinuit, sed etiam no-uis auxit. Quod denique ad Plutarchum ac Diodorum attinet, ab his sane omnium maxime adiutus sum, eorumque ope lo-
ca quaedam recte arbitror me restituisse. Tam paucis igitur instructus praesidiis, ipsum laborem ingressus sum, ac totam rem sic agere coepi. Ante omnia textum ipsum ad editionem Aldinam, (cuius mihi e biblio-
theca sua copiam cel. *Fischerus* benigne fecit) quam potui, diligenter et accurate recensui, librosque in capita, eaque parua, ne sectionibus minoribus opus esset, distin-
xi. Deinde loca, de quibus mihi aliquid monendum videbatur, notis instruxi, qua-
rum

PRAEFATIO.

rum tria genera sunt. Primum est *criticum*, quibus vel varietatem lectionis e Diodoro ac Plutarcho notavi, vel coniecturis (quid enim aliud mihi restabat?) loca corrupta et suspecta emendare studui, ea tamen modestia, ut in textu ipso Aldino, nisi ubi manifesta essent operarum vitia, nihil mutarem, imo ne ibi quidem, ubi ista sustuli, id sine admonitione in notis facerem. In citando Diodoro secutus sum editionem Stephanianam, quoniam eius paginae servatae sunt in omnibus editionibus sequentibus; in Plutarcho Basileensem Graecam, apud Frobenium, 1560. fol. valde quidem vitiosam; sed alia tum in promptu non erat. Alterum genus notarum est *grammaticum*, quo cum singula verba, tum modus loquendi ex usu scriptorum partim explicare, partim illustrare conatus sum. Tertium denique *res ipsas*, h. e. historiam spectat, a Gemisto in his libris traditam, ubi vel praetermissa ab eo ex aliis supplere, vel aliter ab aliis narrata adiungere, vel denique causas factorum commemorare tentavi. In singulis locis quomodo consilio meo
satis

PRAEFATIO.

fatis fecerim, non meum est iudicare, sed legentium. Denique etiam indiculum Graecum addidi verborum, non omnium, sed praecipuorum ac difficiliorum, de quibus in notis operae pretium non visum erat, multa dicere. Vnde etiam eas modo vocis cuiusque notiones ibi apposui, quas in illo loco habet, qui adscriptus est, reliquas omisi.

Constitutum quoque erat initio, de ipso Gemisto Plethone, eius vita et libris reliquis aliquid hoc loco dicere; sed id consilium postea, tribus maxime de causis, abiectum est. *Primum* enim fines praefationis ea res excessura fuisset, quae per se iam satis longa est. *Deinde* ad hunc libellum intelligendum nihil confert, scire, quis Gemistus fuerit, quae praeter hoc opusculum scripserit, aut, quae bella cum Philosophis aetatis suae Byzantinis gesserit. *Denique*, qui tamen voluerint ista scire, facili negotio petent e *Leonis Allatii Diatriba de Georgiis*, quae integra inserta est *Bibliothecae Graecae Fabricianae*, Volumini X, p. 739-58. §. LV. et seqq. vbi eius fata, libri, et cum

PRAEFATIO.

aliis Byzantinis scriptoribus controuersiae, satis copiose narrantur.

Haec habui, quae de mea opusculi Plethoniani editione dicerem. Quod si viris doctis et Graecarum litterarum peritis meae opera probauerit, non tam mea causa laetabor, quam iuuentutis studiosae, cui metum demum credam aliquid commodi qualicunque labore meo attulisse, cum illi viri suis eum suffragiis ornauerint. Atque is fortasse stimulus erit ad maiora aliquando, si Deus dederit, suscipienda. Sin illud forte quibusdam displicuerit, quod in notis grammaticis, multa nouis exemplis illustraui, quae ab aliis iam dudum occupata sunt, ii primum hoc sciant, me non viris doctis scripsisse, sed tironibus, quibus eadem res decies inculcanda, atque interdum ne tum quidem satis inculcata est. Deinde meum facere liceat cel. D'Oruillii de exemplorum in criticis copia iudicium, quod in eius ad Charitonem Commentario, p. 421. reperi: *Nec mihi sit fraudi, paucula haec adiecisse.* (attulerat is ibi noua quaedam exempla ad formulam Graecis scriptoribus valde familiarum;

PRAEFATIO.

liarem; καλὸν ἐπιτάφιον.) Fruantur suo supercilio et paedagogico genio, qui ceteris vitio vertunt, si formulam hanc vel illam, ab alio illustratam, denuo noua et ampliori luce, perfundant. Nam utilis quoque exemplorum copia, et sub alia forma diuersis locis eadem doceri. Neque enim omnes legimus omnia, nedum, ut meminerimus. Non tamen plagiariorum causam ullo egerim modo; nec ineptorum hominum, qui notissima exemplis multis sine necessitate inculcare satagunt. Tamen in istam partem peccari malim, quam eorum institutum sequi, qui suas emendatiunculas proponunt sine vlla adstructione. Quem si laborem, sane necessarium, subire vellent, egregie saepe sibi aquam haerere sentirent, atque experirentur, ea, quae visa fuerant indubitata, ne Graeca quidem vel Latina esse.

Caeterum aequos lectores rogo, ut ne errores typographi, quos in hunc libellum non paucos irrepsisse deprehendi, negligentiae cuidam meae, tribuere, sed absentiae condonare velint. Scripsi. Grimmae, postrid. Id. Sept. MDCCLXIX. ipso natali scholae prouincialis, cui Deus fauere pergat!



CONTENTA
ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ
GEMISTI PLETHONIS
PRAECIPVA

Libri I.

- I. De rebus Aegypti, tempore Artaxerxis Mnemonis. Cap. 1 - 7.
- II. De rebus Graecis, maxime Philippi Macedonis. Cap. 8 - 15.
- III. De rebus in Sicilia gestis, tempore Dionysiorum, vsque ad restitutam a Timoleonte libertatem. Cap. 16 - 49.

Libri II.

- I. De bello sacro, seu Phocensi. Cap. 1 - 8.
- II. De rebus Aegypti tempore Artaxerxis Ochi, Cap. 9 - 12.
- III. De finito bello sacro, per Philippum Macedonem, huiusque caeteris rebus gestis, vsque ad eius interitum. Cap. 13 - 24.

ΓΕΟΡ-



ΓΕОРΓΙΟΥ ΓΕΜΙΣΤΟΥ
τῷ καὶ Πλήθωνος ἐκ τῶν Διοδώρου
καὶ Πλατάρχου, περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐν Μαντι-
νεΐα μάχην ἐν κεφαλαίοις διάληψις.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Μετὰ τὴν ἐν Μαντινεΐα μάχην, ἐν ἣ Ἐπα-
μινώνδας, α) ὁ Θηβαῖος βοιωταρχῶν
τε β) καὶ τὴν μάχην ἐκείνην ἐστρατηγη-
κῶς ἐτελεύτησεν, οἱ μὲν Ἕλληνες κεκακωμένοι
τῷ μήκει τῶν πολέμων, εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους
συν-

α) Ἐπαμινώνδας] Interitum viri in praelio copiose narrat Diodorus Siculus L. XV. p. 503. ed. Steph. et Corn. Nepos Epam. c. 9.

β) βοιωταρχῶν τε] Non capiendam *historice*, i. e. ut indicet Epaminondam eo tempore exercitum duxisse, [id enim indicatur verbis statim sequentibus;

Α

καὶ

συνέθεντο, συμπερικαμβάνοντες ταῖς κοιναῖς
ὁμολογίαις καὶ Μεσσήνην. Λακεδαιμόνιοι *c)* δὲ
ἐκ ἀνασχόμενοι καὶ πρὸς Μεσσηνίαις εἰρήνην συν-
δέσθαι, ταύτης γε ἔμετέσχον τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ
μόνοι δὲ Ἑλλήνων ἔκσπονδοὶ ἐλείφθησαν. Μετὰ
δε

καὶ τὴν μάχην ἐκείνην ἐστρατηγηκώς, adeoque oriretur tau-
tologia vitiosissima,] sed est verbum ea de re pro-
prium. Erat apud Thebanos magistratus annuus,
vndecim virorum, quos illi *βοιωτάρχαι*, f. *βοιωταρχῶν-
ται* vocabant, Corn. Nepos, Epam. c. 7. *praetores*
appellat. Alii duodecim faciunt, vt Liuius, L. 42,
c. 43. sed Scholiastes Thucydidis ad initium L. 2. di-
ferte de iis: ἦσαν γὰρ δι πάντες ἑνδεκα. Sed tamen et-
iam hos numeros arbitror conciliari posse, si tempo-
rum diuersitas consideretur. Scholiastes de anti-
quioribus; Liuius de recentioribus loquitur, quibus
iam Romanis aditus in Graeciam erat patefactus,
vbi iam per totam regionem magnae rerump. muta-
tiones exortae fuerant.

c) Λακεδαιμόνιοι δὲ] Caussa erat inueteratum eo-
rum aduersus Messenios odium, ne tribus quidem
bellis longissimis et periculosis expiatum, quo-
rum in postremo etiam Messenios excisa ipsorum
vrbe, tota Graecia eiecerant. Iam, quum Thebani,
auctore Epaminonda, vt Lacedaemoniis aegre esset,
post pugnam Leuctricam, Messenen restaurassent, fa-
cile patet, cur hi noluerint consentire cum caeteris
Graecis in eam pacem, in qua simul comprehende-
rentur Messenii. Caeterum de Messene eiusque fa-
tis locus insignis est apud Diodorum Siculum, L.
XV. p. 491-492.

δὲ ταῦτα οἱ δὴν παράλιον *d)* οἰκῶντες τῆς Ἀσίας, ἀπέστησαν ἀπὸ Περσῶν, καὶ Ἀρταξέρξης *e)* τῷ βασιλεως. Καί τινες δὲ σὺν αὐτοῖς τῶν σατραπῶν ἐπανασάντες, πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς βασιλέα. ὧν ἦσαν ἐπιφανέστατοι, Ἀρριόβαρζάνης μὲν ὁ τῆς Φρυγίας σατραπῆς, ὃς καὶ Μιθριδάτης τελευτήσαντος, τῆς τρίτης βασιλείας κεκυριευκῶς ἦν. Μάυσωλος δὲ Καρίας δυνασέων καὶ πολλῶν ἐρυμάτων καὶ πόλεων ἀξιολόγων κυρέων, ὧν ἑστίαν καὶ μητρόπολιν συνέβαινε εἶναι τὴν Ἀλικαρνασσόν. Πρὸς δὲ τέτοις Ὀρόντης μὲν, Μυσίας σατραπῆς, Ἀυτοφραδάτης δὲ, Λυδίας. Ἄλλ' ἔτι μὲν οἱ λόγος μαλιστα ἀξιοτῶν ἀποσάντων σατραπῶν. Ἔθνη δὲ ἀπέστη Ἴωνες, Λύκιοι, Πεισιδαί, Παμφύλιοι, Κίλικες, Σύριοι, Φοίνικες, καὶ σχεδὸν πάντες οἱ περὶ θά-

A 2

λατ-

d) τὴν παράλιον] παράλιος (int. χώρα sive γῆ) sunt h. l. Ionia, Lycia, Pisidia, Pamphylia etc. quae in ora Asiae iacent, et a Persis subactae erant, cum antea liberae fuissent.

e) Ἀρταξέρξης] Tironum causa monendum, hunc esse Artaxerxem Mnemonem, fratrem Cyri iunioris.

λατταν. Ἀιγύπτιοι δὲ προαφρονηκότες ἦσαν
ὑπὸ Ἀκόριδος. f)

II. Τότε δὲ ταχῶς g) μὲν ἤρχε τῆς Ἀιγύπ-
του. Παρεσκευάζετο δὲ καὶ ἔτος ἐς δύνα-
μιν καὶ ναυσὶ καὶ πεζῶ ἐπὶ τὸν πρὸς Πέρ-
σας πόλεμον. Τῶν μὲν ἔν ἄλλων ἀποστατῶν
εὐθύς πονηρῶς ἔσχε τὰ πράγματα. Ὀρόντης
γὰρ ὁ Μυσίας σατράπης ἐπὶ τῷ πολέμῳ ἡγε-
μονίαν ὑπὸ τῶν ἄλλων αἰρεθεὶς, καὶ χρήματα
ἐκ ὀλίγα πρὸς ξενολογίαν παραλαβὼν, προδὸς
τὰ πράγματα, πρῶτον μὲν τῆς τὰ χρήματα
συλήσαντας συλλαβὼν, ἀνέπεμψε πρὸς βασι-
λέα. Μετὰ δὲ τῷτο τῶντε πόλεων συχνὰς καὶ
τῆς ξενολογηθέντας στρατιώτας τοῖς ὑπὸ βασι-
λέως πεμφθεῖσιν ἡγεμόσιν ἐνεχείρισεν. Ὁμοίως
δὲ καὶ ῥεομίθρης ἐπ' Ἀιγυπτὸν ὑπὸ τῶν ἀποστα-
τῶν πεμπόμενος, καὶ παραλαβὼν ναῦς τε μα-
κρὰς πεντήκοντα, καὶ ἀργυρεὶς τάλαντα ἐκ
ὀλίγα,

f) ὑπὸ Ἀκόριδος,] qui tum rex Aegypti erat, et
Euagorae, Cypri regi, qui pariter, vt ipse, a Persis
defecerat, opitulabatur. Diod. Sic. p. 459-60.

g) ταχῶς] Scribitur *Thacus* a Corn. Nepote; ἠ-
μος vitiose a Polyaeo, L. III. c. I. §. 5.

ὀλίγα, καλαπλέυσας τῆς Ἀσίας ἐς τὰς καλα-
 μένας Λεύκας *h)* πόλιν, κἀνταῦθα συχνὰς τῶν
 ἀφεσηκότων ἡγεμόνων μεταπεμψάμενος, τρίτος
 δὲ συλλαβῶν καὶ δῆσας, ὡς βασιλέα Ἀρτα-
 ξέρξην ἀνέπεμψε, καὶ αὐτὸς τῇ προδοσίᾳ τὰ
 πρὸς βασιλέα διελύσατο. Ἦν γὰρ δὴ τῶν
 ἀποστατῶν καὶ ἔτιωσ γεγονῶς.

III. Ὁ δ' Αἰγυπτίων βασιλεὺς ταχῶς, ἐς Λα-
 κεδάιμονα χρήματα πέμψας πρὸς ξενολογίαν,
 παρεκάλει καὶ τὰς Λακεδαιμονίους, συνάραθ' αἰ-
 εὶ τῷ πρὸς Πέρσας πολέμῳ, ὑπισχνόμενος καὶ
 αὐτοὺς χρήμασιν αὐτὰς ἐς τὸν οἴκοι πόλεμον
 ὠφελήσειν. Λακεδαιμόνιοι δὲ, τὴν πρεσβείαν
 προσέμενοι, Ἀγησίλαον πέμπουσι, τὸν βασιλέα
 σφῶν, ἐπὶ τὴν βοήθειαν, προθύμως *i)* καὶ
 αὐτὸν ταύτην ὑποσάντα τὴν λειτουργίαν, καί-

A 3

περ

h) Λεύκας] urbem Ioniae, inter Smyrnam et Phocaeam.

i) προθύμως] Immo vero non προθύμως tantum, sed invidis ipsis Lacedaemoniis, qui indignabantur, ut ait Plutarchus in Agesil. p. 448. [ed. Frob. de a. 1560.] ἄνδρα τῆς Ἑλλάδος ἀριστον κεκριμένον, καὶ δόξης ἐμπεπληκότα τὴν οἰκουμένην, ἀποστάτη βασιλέως, ἀνθρώπῳ βαρβάρῳ χρῆσαι τὸ σῶμα; καὶ τῆνοιμα, καὶ τὴν δόξαν ἀποδόσθαι χρημάτων, ἔργα μισοφύβου, καὶ ξεναγωγῆ διαπραττόμενον.

ταλκίος k) ἐπέση ἐξεδότα βασιλεῖ, οὐ
τοὶ αὐτῷ ἀγησίλαος ἐκλωμένη στ. l) τ
αὐθροκότες ἦσαν. εὐδοκίος δὲ ἑταλολογία
ἀγησίλαος, αὐτῷ ὡς ἂν ἰταχίως χρημάτων ἐπ
καὶ πλοῖα πληρώσας, ἐπλεῖ ἐπ' ἀγύπτου,

k) ἡ--ἀνδαλκίος ἐπέση | Haec fuit illa apud
paene scriptores Graecos tantopere celebrata
tantum non cum indignatione quadam commen
pax, a Lacedaemoniis, missō Antalcida, cum
facta, qua regi Persarum omnes Graeci Asiae
ris turpiter dedebantur, adeoque omnis tot ex
tionum, ab Agesilao magna cum laude pro iis
rum fructus peribat. Rem ipsam narrat Dio

κοντα ἔχων σημβόλους μεθ' ἑαυτῷ Σπαρτιάτας,
 ὡς καὶ πρότερον, ὅποτε ἐς Ἰωνίαν τῆς Ἀσίας
 διέβη. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο περὶ Ταχῶ π), ἔχ
 ὡσπερ ἠλπιζεν, ἀπάσης στρατηγὸς ἀπεδείχθη
 τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ τῶν μισθοφόρων μόνων. η)
 τῷ δὲ ναυτικῷ Καβρίας Ἀθηναῖος, ἰδίᾳ καθ'
 αὐτὸν, καὶ ἐκ ἀπὸ τῆς πόλεως ἀφιγμένος.
 Ἡγεμῶν δὲ συμπάντων αὐτὸς ἦν ὁ Ταχῶς. Καὶ
 πᾶτο πρῶτον ἠνίασε τὸν Ἀγησίλαον. Ἐπειτα
 καὶ τὴν ἄλλην ἀλαζονεῖαν τῷ Ἀιγυπτίῳ καὶ
 κενοφροσύνην βαρυνόμενος ἠναγκάζετο φέρειν.
 Καὶ συνεχέπλευσεν ἐπὶ τῆς Φοινίκας αὐτῷ,
 παρὰ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῷ καὶ τὴν φύσιν ὑπέ-
 κων, καὶ καρτερῶν, ἀχρεῖς δ' καιρὸν ἔλαβε.

A 4

IV. Νεκτά-

pendarem profecto: παρὰ τα-
 propositiones ἐπὶ et περὶ, accusati-
 ad locum significantibus iun-
 bere. Sed valde rara eius gene-
 Aliqua commemorat Hoogeve-

P.

Corn. Nepos in

IV. Νεκτάναβις γὰρ, ἀνεψιὸς ὧν ο) τῷ
 Ταχῶ, καὶ μέρος ἔχων ἐφ' ἑαυτῷ τῆς δυνάμεως,
 ἀπέστη. καὶ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ἀιγυπτίων
 ἀναγορευθεὶς, διεπέμπετο πρὸς τὸν Ἀγησίλαον,
 ἀξίων αὐτῷ βοηθεῖν. τὰ δ' αὐτὰ καὶ τῷ
 Χαβρίῃ ἐδεῖτο, μεγάλας ὑπισχνόμενος ἀμφο-
 τέροις δωρεάς. Ἀισθηθέντα δὲ ταῦτα τῷ Ταχῶ,
 καὶ τραπομέντα πρὸς δέησιν αὐτῶν, ὁ μὲν Χα-
 βρίας ἐπειρᾶτο τὴν δέησιν, ρ) ἐν τῇ Φιλίᾳ τῷ
 Ταχῶ,

ο) ἀνεψιὸς ὧν] Diodorus *filium* Tachi appellat, p. 506. sed ἀνεψιδὸν differte Plutarchus, in Agef. p. 449. e quo loco omnem hanc narrationem vsque ad verba cap. 7. πέμπτου ἀπ' Ἀγησιλάου γεγονότα. paene ad verbum descripsit Gemistus. Atque omnino in tota hac re tradenda magna apud ipsos veteres, Diodorum potissimum, cernitur confusio, quam iam agnoscere Perizonius ad Ael. V. H. L. V. c. 1. Wesfelingius ad Diodori l. c. et post hos Bacchius ad Xen. Agef. c. 2. § 30. Ego Plutarchi auctoritate stare non dubitem, cum quo Xenophon d. l. et Corn. Nep. Agef. c. 8. Polyaeus item l. II. c. 1. §. 22. et Aelianus V. H. L. V. c. 1. consentiunt, certe optime conciliari possunt, non item Corn. Nepos Chabr. c. 2. collatus cum Polyaeo, l. III. c. 11. §. 5. vbi Tachum cum Nectanebe confundit.

ρ) τὴν δέησιν] Cum primum legebam haec verba, statim intelligebam, excidisse nomen Agefilai, et pro τὴν δέησιν legendum esse: τὸν Ἀγησίλαον, quod hoc ad sensum

Ταχῶ, πείθων, καὶ παραμυθόμενος κατέχειν.
 Ὁ δ' Ἀγησίλαος εἶπεν· „Ὅτι σοὶ μὲν, ὦ Χαβρία,
 „κατὰ σεαυτὸν ἀφειγμένῳ χεῖσθαι τοῖς σεαυτῶ
 „λογισμοῖς ἔξεσιν. Ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῆς πατρίδος
 „ἐδόθην τοῖς Ἀιγυπτίοις στρατηγός. Ὅουκην
 „ἂν ἔχοι μοι καλῶς, οἷς ἐπέμφθην σύμμαχος,
 „πολεμεῖν, εἰ μὴ ἡ πατρίς πάλιν κελεύσῃ.“
 Ταῦτα δ' εἰπὼν ἐπέμψεν εἰς Σπάρτην ἄνδρας, οἱ
 τῶ μὲν Ταχῶ κατηγορήσειν, ἐπαινέσεσθαι δὲ
 τὸν Νεκτάναβιν ἔμελλον. Ἐπέμψαν δὲ καὶ κεί-
 νοι, δέομενοι τῶν Λακεδαιμονίων ὁ μὲν, ὡς πάλαι
 σύμμαχος γεγονώς καὶ φίλος, ὁ δὲ, ὡς ἕνεκα
 καὶ προθυμότερος περὶ τὴν πόλιν ἐσόμενος.
 Λακεδαιμόνιοι δὲ, τοῖς μὲν Ἀιγυπτίοις ἀπεκρί-
 ναντο, Ἀγησιλάῳ περὶ τῶν μελήσειν, ἐκείνῳ δὲ
 ἐπέσειλαν, ὅρᾱν, ὅπως τὸ τῆ πόλει πράξῃ συμ-
 φέρον. Ὅυτω δὴ λαβὼν τὸς μισθοφόρους ὁ Ἀγη-
 σίλαος ἀπὸ τῶ Ταχῶ, μετέστη πρὸς Νεκτάνα-

Α ς

βιν,

sensum necessarium, illius ne sanus quidem sensus
 ullus est. Id postea certum ac manifestum fe-
 cit collatio Plutarchi, qui diserte habet: τὸν Ἀγησί-
 λαον. Statim apparet τὴν δέξιν e praecedentibus ir-
 repuisse.

βιν, ἐγκαλῶν ταχῶ, ὅτι ἔκ ἀξίως αὐτῷ ἔθ' ἑαυτῶ, ἔτε τῆς πόλεως q) ἐκέχρητο.

V. Ὁ μὲν ἔν ταχῶς ἐρημώθει τῶν μισθοφόρων, ἔφυγεν. r) Ἐκ μὲν τοι Μένδητος ἕτερος τῶ Νεκτανάβιδι s) ἐπανίσταται, βασιλεὺς ἀπαγορευθεὶς. Καὶ συναγαγὼν δέκα μυριάδας ἀνδρώπων, ἐπήει. Ἐπεμπε δὲ πειρῶν καὶ τὸν Ἄγησίλαον. Ὁ μὲν ἔν Νεκτάναβις ἔδεισε, καὶ κελεύοντος Ἄγησιλάου, διαμάχεσθαι τὴν ταχίσην, t) καὶ μὴ χρόνῳ πολεμεῖν πρὸς ἀνδρώπας ἀπίεργς

q) ἔτε τῆς πόλεως] Dupliciter h. l. ἀξίως ponitur, primum *subiective* in verbis: ἔθ' ἑαυτῶ, deinde *obiective* in his: ἔτε τῆς πόλεως. Illic *Tachus*, hic *Sparta* intelligenda, locusque sic explicandus: *dicens, Tachum non ita suis [Agésilai] officiis usum esse, ut regem, cum tanta ac tali rep. negotium habentem deceret.* Non adeo rara exempla apud scriptores sunt, in quibus eadem vox eodem loco dupliciter vel construatur, vel certe intelligatur.

r) ἔφυγεν] Nempe per Arabiam ad Artaxerxem, a quo in gratiam receptus, et copiis eius praefectus est. Diodorus. p. 506.

s) τῶ Νεκτανάβιδι] Datius simpliciter, pro κατὰ τῶ Νεκτ. Ita quoque Thucydides, L. I. c. 115. Πρῶτον μὲν τῶ δήμῳ ἐπανέστισαν, καὶ ἐκράτησαν τῶν πλείων.

t) διαμάχεσθαι τὴν ταχίσην] Nempe *in campo libero*; infra enim, cum Nectanebis eum hortatur ad pugnam *prope urbem* ineundam, tenuit Agésilaus, et aptius tempus expectari iubet.

ἀπείρους ἀγῶνος, πολυχειρία δὲ ἐλθεῖν, καὶ
 περὶ ταφρεῦσαι, καὶ φθάσαι πολλά δυναμένους,
 ἔτι μᾶλλον ἐν ὑποψία καὶ φόβῳ γενόμενος,
 πρὸς αὐτὸν, ἀπεχώρησε *η)* πρὸς πόλιν εὐερκῆ,
 καὶ μεγάλην ἔχουσαν περίβολον. Ὁ δὲ Ἀγησίλαος
 ἠγανάκτει μὲν ἀπιστῶμενος, καὶ βαρέως ἔφερον.
 Ἄισχυνόμενος δὲ πάλιν μετασῆναι πρὸς τὸν
 ἕτερον,

η) πρὸς αὐτὸν ἀπεχώρησε] Sic quoque Plutarchus,
 non nominata vrbe, in quam Nectanebis confugerit;
 et mirum est, neminem e veteribus eam nominasse,
 cum tamen non plane indigna sit sequens narratio,
 in qua nomen vrbis, vbi res gesta sit, commemoretur.
 Itaque semper suspicatus sum, verba πρὸς αὐτὸν
 corrupta esse, et in iis nomen istius vrbis latere, do-
 nec incidi in notam Wesselingii ad Diodori Siculi
 L. XV. c. 93. qui coniecturam Hemsterhusii laudat,
 pro αὐτὸν legentis ταῦτα, quae vrbs est in illo tractu
 Aegypti, vbi tum bellum gerebatur. Vir doctissi-
 mus eam coniecturam elegantissimam appellat, sed,
 quia codices refragentur, ei non subscribit. Ego
 vero vix certiozem esse posse arbitror. Nam et si
 πρὸς αὐτὸν habet bonum sensum, si coniungatur cum
 γενόμενος ἐν ὑποψία καὶ φόβῳ; tamen primum, vt iam
 dixi, nomen vrbis deest, quod abesse vix debet, prae-
 fertim apud Plutarchum, qui alias tam accuratus est
 in nominandis ac describendis locis et personis, de-
 inde, si vel maxime concedamus, omissum a Plu-
 tarcho esse, tamen e consuetudine scriptorum per-
 petua esse deberet: πρὸς πόλιν τινα εὐερκῆ, quod ipsum
 τινα habet Diodorus Sic. l. c. Sed hic pariter codi-
 ces Plutarchi refragentur, contra quos Wesselin-
 gius non libenter decernit.



C O N T E N T A
Ε Λ Λ Η Ν Ι Κ Ω Ν
GEMISTI PLETHONIS
P R A E C I P V A

Libri I.

- I. De rebus Aegypti, tempore Artaxerxis Mnemonis. Cap. 1 - 7.
- II. De rebus Graecis, maxime Philippi Macedonis. Cap. 8 - 15.
- III. De rebus in Sicilia gestis, tempore Dionysiorum, vsque ad restitutam a Timoleonte libertatem. Cap. 16 - 49.

Libri II.

- I. De bello sacro, seu Phocensi. Cap. 1 - 8.
- II. De rebus Aegypti tempore Artaxerxis Ochi, Cap. 9 - 12.
- III. De finito bello sacro, per Philippum Macedonem, huiusque caeteris rebus gestis, vsque ad eius interitum. Cap. 13 - 24.

ΓΕΟΡ-



ΓΕОРΓΙΟΥ ΓΕΜΙΣΤΟΥ
τῷ καὶ Πλήθωνος ἐκ τῶν Διοδώρου
καὶ Πλευτάρχου, περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐν Μαντι-
νεΐα μάχην ἐν κεφαλαίοις διάληψις.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Μετὰ τὴν ἐν Μαντινεΐα μάχην, ἐν ἣ Ἐπα-
μινώνδας, α) ὁ Θηβαῖος βοιωταρχῶν
τε β) καὶ τὴν μάχην ἐκείνην ἐστρατηγη-
κῶς ἐτετέλευτησεν, οἱ μὲν Ἕλληνας κεκακωμένοι
τῷ μήκει τῶν πολέμων, εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους
συν-

α) Ἐπαμινώνδας] Interitum viri in praelio copiose narrant Diodorus Siculus L. XV. p. 503. ed. Steph. et Corn. Nepos Epam. c. 9.

β) βοιωταρχῶν τε] Non capiendum *historice*, i. e. ut indicet Epaminondam eo tempore exercitum duxisse, [id enim indicatur verbis statim sequentibus;

Α

καὶ

συνέθεντο, συμπερικαμβάνοντες ταῖς κοιναῖς
ὁμολογίαις καὶ Μεσσηνῆν. Λακεδαιμόνιοι c) δὲ
ἔκ ἀνασχόμενοι καὶ πρὸς Μεσσηνίαις εἰρήνην συν-
δέσθαι, ταύτης γε ἔμετέσχον τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ
μόνοι δὲ Ἑλλήνων ἔκσπονδοὶ ἐλείφθησαν. Μετὰ
δὲ

καὶ τὴν μάχην ἐκείνην ἐστρατηγηκώς, adeoque oriretur tau-
tologia vitiosissima,] sed est verbum ea de re pro-
prium. Erat apud Thebanos magistratus annuus,
vndecim virorum, quos illi βοιωτάρχης, f. βοιωταρχῆν-
τας vocabant, Corn. Nepos, Epam. c. 7. praetores
appellat. Alii duodecim faciunt, vt Livius, L. 42,
c. 43. sed Scholiastes Thucydidis ad initium L. 2. di-
serte de iis: ἦσαν γὰρ δι πάντες ἕνδεκα. Sed tamen et-
iam hos numeros arbitror conciliari posse, si tempo-
rum diuersitas consideretur. Scholiastes de anti-
quioribus; Livius de recentioribus loquitur, quibus
iam Romanis aditus in Graeciam erat patefactus,
vbi iam per totam regionem magnae rerump. muta-
tiones exortae fuerant.

c) Λακεδαιμόνιοι δὲ] Caussa erat inueteratum eo-
rum aduersus Messenios odium, ne tribus quidem
bellis longissimis et periculofissimis expiatum, quo-
rum in postremo etiam Messenios excisa ipsorum
vrbe, tota Graecia eiecerant. Iam, quum Thebani,
auctore Epaminonda, vt Lacedaemoniis aegre esset,
post pugnam Leuctricam, Messenen restaurassent, fa-
cile patet, cur hi noluerint consentire cum caeteris
Graecis in eam pacem, in qua simul comprehende-
rentur Messenii. Caeterum de Messene eiusque fa-
tis locus insignis est apud Diodorum Siculum, L.
XV. p. 491-492.

δὲ ταῦτα οἱ δὴν παράλιον *d*) οἰκῶντες τῆς Ἀσίας, ἀπέστησαν ἀπὸ Περσῶν, καὶ Ἀρταξέρξης *e*) τῆ βασιλεως. Καί τινες δὲ σὺν αὐτοῖς τῶν σατραπῶν ἐπανασάντες, πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς βασιλέα. ὧν ἦσαν ἐπιφανέστατοι, Ἀριοβαρζάνης μὲν ὁ τῆς Φρυγίας σατραπῆς, ὃς καὶ Μιθριδάτης τελευτήσαντος, τῆς τέττης βασιλείας κεκυριευκῶς ἦν. Μάυσωλος δὲ Καρίας δυναστῆων καὶ πολλῶν ἐρυμάτων καὶ πόλεων ἀξιολόγων κυρέων, ὧν ἔστιν καὶ μητρόπολιν συνέβαινε εἶναι τὴν Ἀλικαρνασσόν. Πρὸς δὲ τέτοις Ὀρόντης μὲν, Μυσίας σατραπῆς, Ἀυτοφραδάτης δὲ, Λυδίας. Ἄλλ' ἔτι μὲν οἱ λόγοι μαλιστα ἀξιοί τῶν ἀποσάντων σατραπῶν. Ἐθνη δὲ ἀπέστη Ἴωνες, Λύκιοι, Πεισιδαί, Παμφύλιοι, Κίλικες, Σύριοι, Φοίνικες, καὶ σχεδὸν πάντες οἱ περὶ Θά-

A 2

λατ-

d) τὴν παράλιον] Παράλιος (int. χώρα sive γῆ) sunt h. l. Ionia, Lycia, Pisidia, Pamphylia etc. quae in ora Asiae iacent, et a Persis subactae erant, cum antea liberae fuissent.

e) Ἀρταξέρξης] Tironum causa monendum, hunc esse Artaxerxem Mnemonem, fratrem Cyri iunioris.

4 Georgii Gemisti Plethonis

λατταν. Ἀιγύπτιοι δὲ προαφρονηκότες ἦσαν ὑπὸ Ἀκόριδος. f)

II. Τότε δὲ ταχῶς g) μὲν ἤρχε τῆς Ἀιγύπτου. Παρεσκευάζετο δὲ καὶ ἔτος ἐς δύναμιν καὶ ναυσὶ καὶ πεζῶ ἐπὶ τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον. Τῶν μὲν ἔν ἄλλων ἀποστατῶν εὐθύς πονηρῶς ἔσχε τὰ πράγματα. Ὀρόντης γὰρ ὁ Μυσίας σατραπῆς ἐπὶ τῷ πολέμῳ ἡγεμονίαν ὑπὸ τῶν ἄλλων αἰρεθεὶς, καὶ χρήματα ἐκ ὀλίγα πρὸς ξενολογίαν παραλαβὼν, προδὼς τὰ πράγματα, πρῶτον μὲν τῆς τὰ χρήματα συλήσαντας συλλαβὼν, ἀνέπεμψε πρὸς βασιλέα. Μετὰ δὲ τῷτο τῶντε πόλεων συχνὰς καὶ τῆς ξενολογηθέντας στρατιώτας τοῖς ὑπὸ βασιλέως πεμφθεῖσιν ἡγεμόσιν ἐνεχείρισεν. Ὀμοίως δὲ καὶ Ῥομίθρης ἐπ' Ἀιγυπτὸν ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν πεμπόμενος, καὶ παραλαβὼν ναῦς τε μακρὰς πεντήκοντα, καὶ ἀργυρεὶς τάλαντα ἐκ ὀλίγα,

f) ὑπὸ Ἀκόριδος,] qui tum rex Aegypti erat, et Enagorae, Cypri regi, qui pariter, vt ipse, a Persis defecerat, opitulabatur. Diod. Sic. p. 459-60.

g) ταχῶς] Scribitur *Thacus* a Corn. Nepote; ἰσομοσ vitiose a Polyaeo, L. III. c. I. §. 5.

ὀλίγα, καλαπλέυσας τῆς Ἀσίας ἐς τὰς καλα-
 μένας Λεύκας ἢ) πόλιν, κἀνταῦθα συχνὸς τῶν
 ἀφεσηκότων ἡγεμόνων μεταπεμψάμενος, τέτρε
 δὲ συλλαβῶν καὶ δῆσας, ὡς βασιλέα Ἄρτα-
 ξέρξην ἀνέπεμψε, καὶ αὐτὸς τῇ προδοσίᾳ τὰ
 πρὸς βασιλέα διελύσατο. Ἦν γὰρ δὴ τῶν
 ἀποσατῶν καὶ ἔτως γεγονώς.

III. Ὁ δ' Αἰγυπτίων βασιλεὺς ταχῶς, ἐς Λα-
 κεδάιμονα χρήματα πέμψας πρὸς ξενολογίαν,
 παρεκάλει καὶ τὸς Λακεδαιμονίους, συνάραθάι
 εἰ τῷ πρὸς Πέρσας πολέμῳ, ὑπισχνόμενος καὶ
 αὐτοὺς χρήμασιν αὐτοὺς ἐς τὸν οἴκοι πόλεμον
 ὠφελήσειν. Λακεδαιμόνιοι δὲ, τὴν πρεσβείαν
 προσέμενοι, Ἀγησίλαον πέμπασι, τὸν βασιλέα
 σφῶν, ἐπὶ τὴν βοήθειαν, προθύμως ἰ) καὶ
 αὐτὸν ταύτην ὑποσάντα τὴν λειτουργίαν, καί-

A 3

περ

ἢ) Λεύκας] urbem Ioniae, inter Smyrnam et Phocaeam.

ἰ) προθύμως] Immo vero non προθύμως tantum, sed invidis ipsis Lacedaemoniis, qui indignabantur, ut ait Plutarchus in Agesil. p. 448. [ed. Frob. de a. 1560.] ἄνδρα τῆς Ἑλλάδος ἄριστον κεκριμένον, καὶ δόξης ἐμπεπληκότα τὴν οἰκουμένην, ἀποσάτη βασιλέως, ἀνδράπων βαρβάρῳ χρῆσαι τὸ σῶμα; καὶ τῆννομα, καὶ τὴν δόξαν ἀποδόσθαι χρημάτων, ἔργα μισοφύρου, καὶ ξεναγωγῆ διαπραττόμενον.

6 Georgii Gemisti Plethonis

περ' ἐπ' ἐσχάτῃς ὄντα γήρως. Οὐ γὰρ ὀλίγω
 πρεσβύτερος, ἢ ὀγδοηκοντάτης ἦν. Ἀλλ' ὤετο
 δεῖν τοῖς Περσῶν βασιλέως πράγμασιν ἀπ'
 Ἀιγύπτῃς ἐνοχλῶν, τῇ τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκόντων
 Ἑλλήνων ἐλευθερία βοηθεῖν, ἧς ἡ μὲν ἐπ' Ἀν-
 ταλκίδῃς κ) εἰρήνη ἐξεδότο βασιλεῖ, οὐ πάνυ
 τοι αὐτῷ Ἀγησιλάῳ βελομένῳ ὄν. 1) Τότε δ'
 ἀφροσύνη ἦσαν. Ἐυθύς δ' ἐν ξενολογίᾳ τε
 Ἀγησίλαος, ἀφ' ᾧ ὁ Ταχῶς χρημάτων ἐπεμψε,
 καὶ πλοῖα πληρώσας, ἐπλεῖ ἐπ' Ἀιγύπτῃς, τριά-
 κοντα

κ) ἢ--'Ανταλκίδῃς εἰρήνη] Haec fuit illa apud omnes
 paene scriptores Graecos tantopere celebrata, ac
 tantum non cum indignatione quadam commemorata
 pax, a Lacedaemoniis, missa Antalcida, cum Persis
 facta, qua regi Persarum omnes Graeci Asiae mino-
 ris furtim dedebantur, adeoque omnis tot expedi-
 tionum, ab Agesilao magna cum laude pro iis gesta-
 rum fructus peribat. Rem ipsam narrat Diodorus
 Sic. p. 452. sq.

1) ἢ πάνυ--ὄν.] Nominatiuus absolutus, [vt apud
 Latinos Ablatiui consequentiae] omisso τῆτο: *aegre
 id quidem ferente Agesilao* v. S. V. Ernesti ad Xe-
 noph. Mem. I. 3. 2. Βελομένῳ εἶναι τιμὴ est *alicui pla-
 cere*. Sic enim Aelianus quoque dixit V. H. L. 12.
 c. 1. extr. Λυπέμενον σε, βασιλεῦ. καὶ ἐλγῶντα ἀφῆγμαί
 παραμυθήσασθαι, εἰ σοι βελομένῳ ἔσιν. Quod vero ad rem
 ipsam attinet, Agesilao propterea pacem istam pro-
 bare non poterat, quod eam Antalcidas, inimicus
 eius, maxime invidia rerum ab ipso gestarum, con-
 cluserat.

κοντα ἔχων σημβύλης μεθ' ἑαυτῆ Σπαρτιάτας,
 ὡς καὶ πρότερον, ὅποτε ἐς Ἴωνίαν τῆς Ἀσίας
 διέβη. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο περὶ Ταχῶ *m*), ἔχ
 ὡσπερ ἠλπιζεν, ἀπάσης στρατηγὸς ἀπεδείχθη
 τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ τῶν μισθοφόρων μόνων. *n*)
 τῆ δὲ καυτικῆ Χαβρίας Ἀθηναῖος, ἰδίᾳ καθ'
 αὐτὸν, καὶ ἔκ ἀπὸ τῆς πόλεως ἀφίγμενος.
 Ἡγεμῶν δὲ συμπάντων αὐτὸς ἦν ὁ Ταχῶς. Καὶ
 τῆτο πρῶτον ἠνίασε τὸν Ἀγησίλαον. Ἐπειτα
 καὶ τὴν ἄλλην ἀλαζονείαν τῆ Ἀιγυπτίᾳ καὶ
 κενοφροσύνην βαρυνόμενος ἠναγκάζετο φέρειν.
 Καὶ συνεξέπλευσεν ἐπὶ τὰς Φοίνικας αὐτῶ,
 παρὰ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆ καὶ τὴν φύσιν ὑπέ-
 κων, καὶ καρτερώων, ἀχρεῖς δ' καιρὸν ἔλαβε.

A 4

IV. Νεκτά-

m) περὶ Ταχῶ] Emendarem profecto: παρὰ Τα-
 χῶν, nisi scirem, praepositiones ἐπὶ et περὶ, accusati-
 uo et verbis, motum ad locum significantibus iun-
 ctas, vim τῆ πρὸς habere. Sed valde rara eius gene-
 ris exempla sunt. Aliqua commemorat Hoogeve-
 nius ad Vigerium, p. 193. n. 7.

n) μισθοφόρων μόνων.] Consentit Corn. Nepos in
 Chabr. c. 2. extr.

IV. Νεκτάναβις γὰρ, ἀνεψιὸς ὢν ο) τῷ
 Ταχῶ, καὶ μέρος ἔχων ἐφ' ἑαυτῷ τῆς δυνάμεως,
 ἀπέστη. Καὶ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ἀιγυπτίων
 ἀναγορευθεὶς, διεπέμπετο πρὸς τὸν Ἀγησίλαον,
 ἀξίων αὐτῷ βοηθεῖν. τὰ δ' αὐτὰ καὶ τῷ
 Χαβρίῃ ἐδέετο, μεγάλας ὑπισχνόμενος ἀμφο-
 τέροις δωρεάς. Ἀιδομένους δὲ ταῦτα τῷ Ταχῶ,
 καὶ τραπομένους πρὸς δέησιν αὐτῶν, ὁ μὲν Χα-
 βρίας ἐπειρᾶτο τὴν δέησιν, ρ) ἐν τῇ Φιλίᾳ τῷ
 Ταχῶ,

υ) ἀνεψιδος ὢν] Diodorus *filium* Tachi appellat, p. 506. sed ἀνεψιδον differte Plutarchus, in Agef. p. 449. e quo loco omnem hanc narrationem usque ad verba cap. 7. πέμπτον ἀπ' Ἀγησιλάου γεγονότα paene ad verbum descripsit Gemistus. Atque omnino in tota hac re tradenda magna apud ipsos veteres, Diodorum potissimum, cernitur confusio, quam iam agnoscere Perizonius ad Ael. V. H. L. V. c. 1. Wesselingius ad Diodori l. c. et post hos Bacchius ad Xen. Agef. c. 2. § 30. Ego Plutarchi auctoritate stare non dubitem, cum quo Xenophon d. l. et Corn. Nep. Agef. c. 8. Polyaeus item l. II. c. 1. §. 22. et Aelianus V. H. L. V. c. 1. consentiunt, certe optime conciliari possunt, non item Corn. Nepos Chabr. c. 2. collatus cum Polyaeo, l. III. c. 11. §. 5. vbi Tachum cum Nectanebe confundit.

ρ) τὴν δέησιν] Cum primum legebam haec verba, statim intelligebam, excidisse nomen Agefilai, et pro τὴν δέησιν legendum esse: τὸν Ἀγησίλαον, quod hoc ad
 sensum

Ταχῶ, πείθων, καὶ παραμυθόμενος κατέχειν.
 Ὁ δ' Ἀγησίλαος εἶπεν· „Ὅτι σοὶ μὲν, ὦ Χαβρία,
 „κατὰ σεαυτὸν ἀφικμένῳ χρῆσθαι τοῖς σεαυτῆ
 „λογισμοῖς ἔξεσιν. Ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῆς πατρίδος
 „ἐδόθην τοῖς Ἀιγυπτίοις στρατηγός. Ὅυκην
 „ἂν ἔχοι μοι καλῶς, οἷς ἐπέμφθην σύμμαχος,
 „πολεμεῖν, εἰ μὴ ἡ πατρίς πάλιν κελεύσῃ.“
 Ταῦτα δ' εἰπὼν ἐπεμψεν εἰς Σπάρτην ἄνδρας, οἱ
 τῆ μὲν Ταχῶ κατηγορήσειν, ἐπαινέσεσθαι δὲ
 τὸν Νεκτάναβιν ἔμελλον. Ἐπεμψαν δὲ κακῆ-
 νοι, δεόμενοι τῶν Λακεδαιμονίων ὁ μὲν, ὡς πάλαι
 σύμμαχος γεγονώς καὶ φίλος, ὁ δὲ, ὡς ἔυνος
 καὶ προθυμότερος περὶ τὴν πόλιν ἐσόμενος.
 Λακεδαιμόνιοι δὲ, τοῖς μὲν Ἀιγυπτίοις ἀπεκρί-
 ναντο, Ἀγησιλάῳ περὶ τῶν μελήσειν, ἐκείνῳ δὲ
 ἐπέσειλαν, ὅρᾱν, ὅπως τὸ τῆ πόλει πράξῃ ξυμ-
 φέρον. Ὅυτω δὴ λαβὼν τὸς μισθοφόρους ὁ Ἀγη-
 σίλαος ἀπὸ τῆ Ταχῶ, μετέστη πρὸς Νεκτάνα-

Α ς

βιν,

fensum necessarium, illius ne sanus quidem fensus
 vllus est. Id postea certum ac manifestum fe-
 cit collatio Plutarchi, qui diserte habet: τὸν Ἀγησί-
 λαον. Statim apparet τὴν δέησιν e praecedentibus ir-
 repfisse.

βιν, ἐγκαλῶν ταχῶ, ὅτι ἔκ ἀξίως αὐτῷ ἔθ' ἑαυτῶ, ἔτε τῆς πόλεως q) ἐκέχρητο.

V. Ὁ μὲν ἔν ταχῶς ἐρημωθεὶς τῶν μισοφόρων, ἔφυγεν. r) Ἐκ μὲν τοι Μένδητος ἕτερος τῷ Νεκτανάβιδι s) ἐπανίσταται, βασιλεὺς ἀπαγορευθεὶς. Καὶ συναγαγὼν δέκα μυριάδας ἀνθρώπων, ἐπήει. Ἐπεμπε δὲ πειρῶν καὶ τὸν Ἀγησίλαον. Ὁ μὲν ἔν Νεκτάναβις ἔδεισε, καὶ κελεύοντος Ἀγησιλάου, διαμάχεσθαι τὴν ταχίσην, t) καὶ μὴ χρόνῳ πολεμεῖν πρὸς ἀνθρώπους ἀπείρους

q) ἔτε τῆς πόλεως] Dupliciter h. I. ἀξίως ponitur, primum *subiective* in verbis: ἔθ' ἑαυτῶ, deinde *obiective* in his: ἔτε τῆς πόλεως. Illic *Tachus*, hic *Sparta* intelligenda, locusque sic explicandus: *dicens, Tachum non ita suis [Agésilai] officiis usum esse, ut regem, cum tanta ac tali rep. negotium habentem deceret.* Non adeo rara exempla apud scriptores sunt, in quibus eadem vox eodem loco dupliciter vel construatur, vel certe intelligatur.

r) ἔφυγεν] Nempe per Arabiam ad Artaxerxem, a quo in gratiam receptus, et copiis eius praefectus est. Diodorus. p. 506.

s) τῷ Νεκτανάβιδι] Datius simpliciter, pro κατὰ τῶ Νεκτ. Ita quoque Thucydides, L. I. c. 115. Πρῶτον μὲν τῷ δήμῳ ἐπανέστισαν, καὶ ἐκράτησαν τῶν πλείων.

t) διαμάχεσθαι τὴν ταχίσην] Nempe *in campo libero*; infra enim, cum Nectanebis eum hortatur ad pugnam *prope urbem* ineundam, tenuit Agésilau, et aptius tempus expectari iubet.

ἀπείρους ἀγῶνος, πολυχειρία δὲ ἐλθεῖν, καὶ
 περὶταφρεῦσαι, καὶ φθάσαι πολλὰ δυναμένους,
 ἔτι μᾶλλον ἐν ὑποψία καὶ φόβῳ γενόμενος,
 πρὸς αὐτὸν, ἀπεχώρησε *η)* πρὸς πόλιν εὐερκῆ,
 καὶ μέγαν ἔχουσαν περίβολον. Ὁ δὲ Ἀγησίλαος
 ἠγανάκτει μὲν ἀπιστῆμενος, καὶ βαρέως ἔφερον.
 Ἰσχυρόμενος δὲ πάλιν μετασῆναι πρὸς τοῦ
 ἑτέρου,

η) πρὸς αὐτὸν ἀπεχώρησε] Sic quoque Plutarchus,
 non nominata vrbe, in quam Nectanebis confugerit;
 et mirum est, neminem e veteribus eam nominasse,
 cum tamen non plane indigna sit sequens narratio,
 in qua nomen vrbs, vbi res gesta sit, commemoretur.
 Itaque semper suspicatus sum, verba *πρὸς αὐτὸν*
 corrupta esse, et in iis nomen istius vrbs latere, do-
 nec incidi in notam Wesselingii ad Diodori Siculi
 L. XV. c. 93. qui coniecturam Hemsterhusii laudat,
 pro *αὐτὸν* legentis ταῦτα, quae vrbs est in illo tractu
 Aegypti, vbi tum bellum gerebatur. Vir doctissi-
 mus eam coniecturam elegantissimam appellat, sed,
 quia codices refragentur, ei non subscribit. Ego
 vero vix certiolem esse posse arbitror. Nam et si
πρὸς, αὐτὸν habet bonum sensum, si coniungatur cum
γενόμενος ἐν ὑποψία καὶ φόβῳ; tamen primum, vt iam
 dixi, nomen vrbs deest, quod abesse vix debet, prae-
 fertim apud Plutarchum, qui alias tam accuratus est
 in nominandis ac describendis locis et personis, de-
 inde, si vel maxime concedamus, omissum a Plu-
 tarcho esse, tamen e consuetudine scriptorum per-
 petua esse deberet: *πρὸς πόλιν τινὰ εὐερκῆ*, quod ipsum
τινὰ habet Diodorus Sic. l. c. Sed hic pariter codi-
 ces Plutarchi refragentur, contra quos Wesselin-
 gius non libenter decernit.

